Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



24 40

silies colles. similis factus est dilectus meus capree hinnulo cervorum. En iste stat post parietem nrm respiciens per fenestras. prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. surge propera amica mea formosa mea et veni. Jam enim iems transiit. imber abiit et recessit. flores apparuerunt in terra nra. tempus putationis adveniit. vox turturis audita e in tra nra. Ficus protulit grossos suos. vinee florentes dederunt odorem suum. Surge propera amica mea speciosa mea et veni. columba mea in foraminib⁹ petre in cavernis macerie. ostende mihi faciem tuam. sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis et facies tua decora. Gra duale

Alleluia. Ave stillas melle alveariis ave

veri salomonis ave verbi dei tu sacrarium. ave dei

Ave verbi dei pris Gratis receptaculum

virginum humilitas Ave omni nevo curens humilis

virginitas Gaude que sic gravidaris nec gra

varis filio Gaude que sic onerariis onere gra

tissimo Salve iesse stirpe orta virgula fructi

fera Salve clausa templi porta soli deo pervia.